

latus vitio. Hic velut ejus armenulus, seu
patruus, Ecclesiam suam personaliter
nunquam visitavit; sed aut Ferrariae,
aut Bononiae, aut Romae moram tra-
xit. Tempore hujus maxima est orta
contentio inter Cantores, et Cardinales
Ecclesiae Ravennae, asseverantibus Can-
toribus se ita sicut Cardinales ad altare
argenteum, ubi est Cissorum Victoris
Archiepiscopi, ubi requiescit Corpus . . .
Archiepiscopi debere, et posse celebrare;
eius Lizoniae feminator fuit Servideus
primo Cantor, nunc vero Abbas Mona-
sterii Sanctae Mariae in Cosmedim, co-
gnomine vocatus et Bagatella, propter
ejus civillationes umbratiles, et pueriles,
vel quod istam artem noverit bagatellandi.
Qui Servideus ad dictum Johannem Ar-
chiepiscopum Bononiam accedens pri-
vilegium pro Cantoribus impetrat, ut ita
sicut Cardinales celebrare valeant. Quod
audientes Cardinales Bononiam properant,
quos audiens Archiepiscopus privilegium
prius concessum revocat, mandaturque
Cantoribus, quod de caetero ibi celebrare